





L. XIII, 24. Q. R. XIII, 24.



1/3

ORIGINEM  
**DOMVS SAXONICAE**  
E  
**PRIMORIBVS**  
VETERIS GERMANIAE

PRAESIDE  
**IOANNE GOTLIB. KRAVSE**

HISTOR. P. P

A. D. VI. NONAR. M. A. II

A. CHRISTIANO. I. I. CC XXXV

H. L. Q. C


DISPVTABIT

**CHRIST. GOTTLÖB GEBHARDVS**  
BELICIO. MISNICVS  
SS. THEOL. STVD

---

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA HAKIANA.

1/4



ILLVSTRIS  
ACADEMIAE VITEBERGENSIS  
RECTORI MAGNIFICO

RELIQVISQUE

VIRIS

SVMME REVERENDIS ILLVSTRIBV\$  
CONSULTISSIMIS EXPERIENTISSIMIS  
EXCELLENTISSIMISQUE

DIVINARVM HUMANARVMQVE LITERARVM

PROFESSORIBVS

ET

DOCTORIBVS

LONGE CELEBERRIMIS

MVSARVM STATORIBVS PERQVAM EXIMIIS

ATQVE

DE COETV DEI, ET RÉPVBLICA CVM CIVILI TVM  
LITERARIA OPTIME MERITIS ET ADHVC  
MERENTIBVS

# DOMINIS PATRONIS

STUDIORVMQUE MEORVM AMPLIFICATORIBVS

NVNQVAM SATIS COLENDIS OBSERVANDISQUE

HANC QVALEM CVNQVE DISPUTATIONEM

EA QVA DECET PIETATE ET RELIGIONE

VETERVM CLIENTVM MORE

D O D I C O D E D I C O Q V E

## PROFESSORIBVS

## DOCITORIBVS

RESPONDENS

qVI tot,qVot LIterIs ConsCripta haeC

Charta, preCabor

faVsta VIrIs MerItIs, qVos sIne fIne  
CoLo.



ORIGO  
DOMVS SAXONICAE  
E  
PRIMORIBVS  
VETERIS GERMANIAE.

---

SVMMA DICENDORVM.

I

Generis antiquitas laudem habet.  
Perperam contemnitur a Seneca.  
SAXONICAE DOMVS merita  
et prærogativa.  
Hic de Nobilitate Originis dicen-  
dum.

II

Num REGIO Stemmate orta sit  
DOMVS SAXONICA?

VVITEKINDVS rex a scripto-  
ribus dicitur.

Quo sensu id factum?

Saxones reges non habuerunt.

VVITEKINDVS unus e PRI-  
MORIBVS Westphalorum fuit.

III

Origo Witekindea DOMVS  
SAXONICAE nun repudianda?  
Levitas argumenti a silentio scri-  
ptorum.

Indicia Originis Witekindea.

Witekindeorum et Buziciorum in-  
cremena eadem etas vidit.

THEODERICI BVZICII avus  
æqualis Mathildis regine, et Iutte,  
Witekindearum.

Siffridi Marchionis beneficia pro-  
pinquis ejus data.

Comitatus in Holsogvia, DEDO-  
NI commendatus.

A

DEDO

**DEDO** Siffidi agnatus non fuit,  
**IVTTAE** fuisse videtur.  
**IVTTA** Witekindo II nata  
cenfetur.

**DEDO** fratrem **IVTTAE** vide-  
tur parrem habuisse.

**Witekindus** II in Stemmasibus in-  
ter maiores Buziciorum refertur.

**THEODERICI** nonem Buzicii  
debent patri **MATHILDIS**.

**Memoria TETI** Comitis in co-  
nobio Marchilis Quellinib. servata.

Tributum Imadi et Buzici eadem  
origo et aetas.

Schema agnationis inter **Witekin-**  
**deos** et **Buzicios**.

**III**  
**Natalium** gloria **BVZICII**, sine  
origine Witekindea, constas.

Et Witekindea non inferior.

Decora Nobilitatis eorum enumera-  
rantur.

**V**  
Ordines tres civium Germaniae.  
**ADELINGORVM** Ordo pri-  
marius.

Negatur is **BVZICII**.  
Invidia erga **DOMVM SAXO-**

**NICAM**.

Num auctorem habuerit, laquei  
supplicio puniunt?

Eundemque nec Christianum, nec  
Germanum?

Ignorantia convicatoris.  
A mendicitatis opprobrio absolen-  
tus **DEDO**.

Calumnia contemtu vindicandæ.

**VI**  
**PRINCIPES** habuit Germania  
Mera.

Eorum auctoritas sub regibus.  
**Saxonum PRINCIPES** ante con-

junctionem cum Francis.

**Eorum PRIMORES** et **OPTI-**  
**MATES** sub regibus.  
Confessus Virorum doctiss. de  
Germanis.

Et de **Saxonum Satrapis**.

**PRIMORES** **Saxonum Francicis**  
nobiliores.

Primorum Saxoniorum origo.

Eorum numerus non duodenarius.

Sed longe major.

Æqualis pæne Pagorum numero.

Principum Saxon. summum impe-  
rium.

Principum dignitas Ducali pre-  
lata.

## VII

Ab his Principibus orti **BVZICII**.  
**RICDAGVS** **Marchio**, unus e  
Primisbus.

**DEDONIS** apud Ricdagum agna-  
tum que servitia?

**DEDO** inter familiares Otronis  
**III** **Imp. et Comes**.

Comites Saxonibus e nobilissimis  
genitis dati.

Duces Saxon. ad regium fastigium  
evesti.

**DEDO** gener Dux Theoderici.

**FRIDERICI**, fratr ejus, auto-  
ritas et potentia.

## VIII

**EGREGIA LIBERTAS** Theo-  
derici, an nobiliss. Originis obstet?

Liberatis gradus varii apud Ger-  
manos.

Ingenius non erat **LIBERTAS**  
**EGREGIA**.

Ejus descriptio ex Sigeberto.

Serviria Nobilium militaria ex le-  
ge feudal.

Liberi et Ministeriales sequioris  
eratis sunt.

**LIBERTAS EGREGIA** vere-  
rum sensu evanescit.

Ser.

Servitus Officialis, etiam Ducum  
et Marchionum.

Distinguitur a feudali.

Aliena utraque a LIBERTATE  
EGREGIA.

Exemplum Rutgeri;

Et Welfi, seu Ethiconis Bavari,  
Quo prorio libertatem egregiam  
habuerit?

Eadem Libertas fuit THEODE-  
RICI BVZICII.

Leibnitii interpretatio quo sensu  
soleranda?

#### VIII

Summa dignitas BVZICIORVM  
e nomine TRIBVS.

TRIBVS quid sit?

Cur Familiae quadam dicta  
TRIBVS?

Ad antiquitatem id referr Lei-  
bnius.

Quod nobis ex parte probatur.

BVZICIA familia, nisi Witkin-  
dea fuerit, TRIBVS tamen fuit.

TRIBVVM partes in destruc-  
tione regni Thuringici.

Tres Principes Saxonum, et tres  
Ducatus.

Illi e familias omnium nobilissimis  
electi.

Has fuisse TRIBVS veterum.

Hinc antiquissima Nobilitas DO-  
MVS SAXONICAE.



ater præclara decora, quibus Gentes per  
Germaniam illustrissimæ fulgent, illud  
cum primis haberi ostentarique solet, ut  
fortunis amplissimis etiam generis anti-  
quitas respondeat, et in ultima antiqui-  
tate, quoisque memoria hominum, mo-  
numentorumque fide repeti potest, glo-  
ria dignitateque præter ceteras emine-  
ant, neque ulla obscuritaris viliorumque natalium macula, vel in  
ipsis originibus labefactentur. Quanquam enim veram nobilita-  
tem sua cuique virtus tribuat, et monente Seneca, tertio de Bene-  
ficiis, eadem omnibus sunt principia, eademque origo, unus omnium  
parens mundus: sive per splendidos, sive per sordidos gradus, ad  
hunc prima cuiusque origo perducatur: attamen, si Splendidum  
esse, quam sordidum, præstat, venerari omnino par est æternæ  
providentiae benignitatem, cum paucis quibusdam familiis illu-  
stribus, ultra communem hominum sortem, atque præter illam,  
quam idem Philosophus epistola XLIHI, familiis solennem esse ait,

*ex splendidis folidisque alternatam seriem, honores, fortunasque  
splendidissimas, cum salute populorum arctissime conjunctas, per  
decem pluresve annorum centurias, eti quibusdam procellis  
nonnunquam concussas, nunquam tamen pessundatas aut eversas,  
deprehenditur indulisse. DOMVS SAXONICA, sicuti nulli per Germaniam,  
atque adeo per universam Europam, rerum gestarum cele-  
britate concedit, et meritis in communem patriam immortalibus,  
multis abhinc saeculis consecuta est, ut maximis privilegiis Imper-  
atorum regumque ornata, ceteris per cultiorem Europam omnibus  
preferretur; ita generis etiam antiquitate & originibus nobilissimis, atque illustri cum universis Europae imperantibus familiis cognatione, nulli est secunda. Nos, ceteris in praesens omis-  
sis, Nobilitatem Originis Serenissima Potentissimaque DOMVI  
genuinis veteris memoriae documentis vindicabimus.*

## II

Non dubitarunt superioris etatis scriptores, regios natales dare DOMVI SAXONICAE, eamque regio sanguine Wittekindeo prolatam affirmare: quibus titulis cum illorum temporum annales referti sunt, tuhi iidem, e libris, in aulae Principum, majorum imaginibus coruscantia, ceteraque monumenta publica, manarunt. Et fateamur necesse est, apud vetustos etiam scriptores nonnunquam regio nomine laudari Witekindum. Ditzmarus Merseb. lib. I Chron. ait: Henricus Mathilden, filiam Theoderici et Reinilda, ex VVITTEKINDI REGIS tribu exortam, appellat. Chronicum Andegavense, apud Labbeum Bibl. MS. T. I. p. 283, ad a. 784: VVITTEKINDVS REX Alborum et Saxonum. Anonymus de fundatione quarundam Saxonia Ecclesiarum, apud Leibnitium Ser. rerum Brunsvic. p. 260, a. 780: Carolus Episcoporum Mindensem fundavit - in loco, ubi REX ANGARORVM VVEDEKINDVS castrum habuit. Chronicum Episcoporum Mindensium apud Pistorium p. 726, §. 17: Quicquid prius Imperator Carolus et VVEDEKINDVS, REX Mindensem et Argavorum - reliquerant ecclesia. At enimvero non est ea horum scriptorum in rebus, que ab etate sua paullo longius abierant, auctoritas, ut fidem temere ipsis adhibere liceat. Preterea nonnulli etiam non tam patrie antiquitatis ignorantia pec-  
casse

casse existimari possunt, quam nomen regium viro inter suos maximum nomen adepto, tribuisse, sola imitatione quadam scriptorum Romanorum, a quibus passim reges aut regulos barbarorum dici videoas bellicos Duces nationum exterarum. Probatissimum enim scriptorum testimonis constat, Saxones olim regibus non fuisse obnoxios, sed primoribus regionis, ex Adelingis, populi suffragio, delectis, reipublice administrationem commendasse. Non vere minus, quam luculenter de hoc argumento exponit Beda lib. IIII, c. II Hist. Eccles. gentis Anglorum. *Non habent, inquit, regem antiqui Saxones, sed Satrapas plurimos, sua genti praepostos, qui, ingruente belli articulo, mittunt aequaliter sortes, et quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli, ducem omnes sequuntur, et huic obtemerant. Peracto autem bello, rursum aequalis potentiae omnes fiunt Satrapiæ.* Similiter Poeta Saxo ad annum 772, de Francis et Carolo M.

*Hanc unam (Saxonum) poterant nimis vincere gentem,  
Quæ nec REGE fuit saltem sociata sub uno,  
Ut se militie pariter defendaret usq;  
Sed variis divisa modis, plebs omnis babebat  
Quot pagos, tot pene Duces, uelut unus artus  
Corporis in diversa forent, hinc inde revulsæ.  
Sed generalis habet Populos diviso ternos,  
Insignita quibus Saxonia floruit olim.*

Et Witichindus Corbejenfis Annal, libro I: *A tribus Principibus totius gentis Ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac vocabulis novimus signatos, in Orientales scilicet populos Angarios atque Westphalos. Si autem universale bellum ingrueret, forte eligitur, cui omnes abdere oporteat, ad administrandum imminentis bellum.* Cum iraque nunquam unius imperio, pacis tempore, subjecti fuerint Saxones, manifestum est, neque Witekindum regia potestate apud eos usum esse. *Quamobrem potior fides est scriptori coeo, Annalium regum Francorum antiqui, Reuberiano, qui ad an. 777 Witekindum vocat unum e primoribus Westfalorum; similiter ut apud eundem ad an. 775, Hessio audit unus e primoribus Saxonum.* Quanquam autem Witekindus rex non fuerit, imo ne Dux quidem

Saxo-

Saxoniæ, quod a multis recentiorum factitatum esse constat, præter errorem dicatur: fuit is tamen summo, quem reipublicæ Saxonicæ rationes patiebantur, apud suos loco, inter primates gentis habitus, ad reipublicæ administrationem vocatus, bellique ducis partibus inter suos egregie perfunditus, eamque gloriam ad posteros Stemmatis Witekindei propagavit.

## III

Erunt, qui continuo hic nobis oclamabunt, omnia illa, quæ Witekindeæ familiæ sunt propria, nihil ad **D O M V M S A X O N I C A M** spectare. Nemini enim obscurum est, quot quantisque arietibus, hac nostra ætate, concussa sit, et tantum non subversa, sententia de **SAXONICAE DOMVS** origine Witekindea. Cavendum tamen esse monemus, ne præcipitetur judicium in causa gravissima, aut veritatem illi, quanquam obscurius prudentem se, et scriptorum negligientia pæne obliteratam, e manibus dimittant, et una cum fabulis, quibus licentia superiorum temporum fuit inquinata, ex annalibus ejiciant. Dudum Schurzflechius, loco non uno, monuit, omnè robur argumenti, quod originibus Principum nostrorum Witekindeis opponitur, derivari a silentio scriptorum, illud autem argumentationis genus non magni ponderis esse in rebus historicis, quod multa scriptores, sive invidia intercedente, sive oscitatione et ignorantia, soleant præterire, atque, etiam cum attingunt nonnulla, cetera omittere et alio stilum vertere, quo vocat ratio instituti. Ex quo autem diligentius investigatæ sunt rationes stemmatis Witekindei, atque monumentis genuinis comprobatae, ostendere etiam licuit, comparatis inter se, quæ de rebus illorum temporum, inconcussa annualium fide, tradita leguntur, non adeo ab omni veritatis specie alienam esse de illis **DOMVS SAXONICAE** originibus sententiam, ut non passim se nobis offerant indicia, ad persuadendum idonea, per masculos a Witekindeis descendere Buzios, quanquam id scriptores, quos habemus, in litteras non retulerint, contra, qui tradiderant fortasse, injuria temporum e manibus hominum sint sublati. Sane **B V Z I C T I** illis temporibus primum in annalibus commemorantur, atque rebus gerendis admoti esse leguntur, cum, affinitatibus Principum potentissimorum aucta, renatam quasi videret gloriam veterem

terem auctoritatemque Domus Witekindea. THEODERICO enim, qui primus laudatur BVZICIAE gentis auctor, patrem fuisse TETEN seu DEDONEM, et idem cum nepote Dedone nomen, et ejusdem in Hosgovia Comitatus administratio, non obscure prodit: Avus, sive is BVRCHARDI aut BVZICI, sive alio quocunque nomine usus sit, ea ætate vixerit necesse est, qua *Mathildis* et *Intta*, fratrum Witekindeorum, Theoderici et Witichindi II, filie, fortunas Domus Witekindea amplificare ut maxime poterant, maritos siquidem nactæ potentissimos, illa *Henricum*, Saxoniæ Ducem, deinde Germania regem, hæc *Siffridum*, Saxoniæ Marchionem. *Siffridus* autem, anno circiter DCCCCXXXV, utraque sobole, infelici casu, orbatus, soliditudini solatium quæsivisse videtur in adjuvandis ornandisque propinquis, quos ut successores haberet in muneribus, quæ regio beneficio tenebat, eum et optasse, et optatis ut potiretur, facile consecutum esse, credibile est. Nam Comitibus defunctis, jam Carolingorum ætate, cum neque beneficii lege, neque hereditario jure, præfectoria potestas daretur, eorum, qui heredes proximi essent defunctorum, rationem habitam esse a regibus in surrogando successore, cum aliis documentis, tum exemplo filiorum Wilhelmi et Engelschalcii, Comitum in Bojoaria, constat, ægre ferentium, præferri sibi a rege, in successione patrum suorum, Arbōnem Comitem. De meritis autem Siffridi, regisque in eum animo, dubitari non potest, cum, Witichindo teste, fuerit Saxonum Optimus, et a rege secundus, gener primum regis, deinde vero affinitate conjunctus, Marchiam itaque orientalem accepit frater eius Gero; Comitatum in pago Hosgoviensi, quem a Siffrido administratum esse, Traditiones Fulenses Schannianæ n. 570, nuper docuerunt, nactus est idem, quem superius laudavimus, TETE seu DEDO: unde colligere licet, ipsum etiam propinquitate aliqua Siffridum attigisse. Quia nisi fallat conjectura, merito habebitur pro agnato uxoris Siffridi, atque adeo erit e posteris Witekindi; quod Siffridus ipse, ex agnatis, prater fratrem Geronem, neminem superstitem habuisse legatur. Witekindi autem genus propagatum esse a tribus Reginberni filiis, Witekindo, Ima- do & Theoderico, auctor est Witichindus, monachus Corbe- jensis,

jenfis: e quibus neque Imadum, neque Theodericum, Buziciae Tribui originem dedisse, e monumentis, quibus commemorantur eorum posteri, patet. Supereft igitur Witekindus, quem masculam reliquissle sobolem, dudum ex indicis quibufdam collegere viri docti; quanquam nomina posterorum nusquam inveniantur. Data ipſi ab aliis est, ex conjectura probabili, filia, IVTTA, Siffrido Marchioni nupta; cui nos, induci rationibus modo prolatiſ, addimus fratrem, Teti nempe, seu Dedonis, successoris Siffridi in Comitatu Hosgoviensi, patrem, cuius eti nomen ignoretur, B梓ICVM tamen dictum esse, ipsum *Tribus Buzicie* nomen arguit. Arque hue spectare id ipsam videtur, quod etiam veterum Stemmatum Saxonorum auctores e monumentis fortassis quibusdam, nondum in lucem protractis, didicerant, nempe Buzicios genus derivare a Witekindo II, qui quidem, cum alium Witekiudum II non agnoseat genuinum Stemma Witekiadeum, diversus ab hoc nostro esse non potuit; tametsi Stemmatographi, cum de etate ejus nihil annotatum invenirent, eum male Witekindi M. filium fecerint. Iuvat sententiam nostram nomen THEODERICI, et, quod inde natum est, TETI, DE DONISQUE, tanto perè adamatum genti Buziciae; cuius rei causam, quæ omnes huic usque fugiebat, invenisse nos existimamus in grata memoria beneficiorum, a Mathilde regina, THEODERICI filia, acceptorum. Quemadmodum ad ejusdem Mathildis studium conservandi memoriam agnati sui pertinere videtur, quod in tabulario monasterii Quedlinburgensis, ab eadem exstructi, custoditum sit, ex eoque non ita pridem in lucem productum Diploma Ottonianum, quod unum nobis Comitatum TETI Comitis indicat. His adde, nequitam constare, cur Imadi posteritas separatim dicta sit TRIBVS IMADI, nisi dicamus, familiam Witekindi eo tempore, deficiente mascula prole Theoderici Comitis, fratris Imadi, in duas Tribus fuisse distinctam, atque alteram Tribum, cuius nomen nusquam expressum reperitur, non aliam fuisse, quam nostram TRIBVM B梓ICVM. Sed hæc quidem alibi latius exposuimus. Nunc, ut rectius intelligentur, quæ hue usque dicta sunt, genuinum Stemma Witekiadeum, cum Buzicia Tribu, ex nostra sententia, connexum, subjiciamus.

WIT-

elata

VVITEKINDVS MAGNVS  
Vx. GEVA, Sigfridi R. Dan. fil.

VVICBERTVS GISELA f. HASALA  
Comes a. 830. Maritus BRVNQ,  
fator Imp. Saxon.

VVALBERTVS  
Comes a. 872

VVICBERTVS REGINBERTVS  
Episc. Verdenfis Comes  
† 908

WITEKINDVS II THEODERICVS IMADVS I.  
Comes Comes Comes

IVTTA, BVZICVS TRIBVS IMADI  
Maritus Siffridus, f. Burchardg auctor MATHILDIS  
Marchio Orient. TRIBVS BVZICL. † 968  
et Comes Hsgov. Maritus Henricus

† 937 TETI I. DEDO Auceps Rex Germ.

Comes Hsgov.

† 957

Volkwardus, IMADVS II, Sibeth<sup>9</sup>  
Comes Com: 953

THEODERICVS I  
Vir egregia libertatis

† 982

IMADVS III  
Comes

FRIDERICVS DEDO II THEODERICVS MEINWERCVS  
Hamburg dominus Zurbici dominus Comes † 1014 Episc. Paderb.  
Comes in pago Suafeliz Comes Hsgov. † 1036

† 1017

† 1009

#### III

Sed ista quidem originis Witekindeæ vestigia letores accipient, ut cuique videbitur, quod, in præsenti argumendo, nobis perinde erit. Neque enim ab illo sanguinis vinculo pendet avitum gentis BVZICIAE decus, a majoribus in Theodericum Buzicium derivatum; cui domi sunt ea primariae dignitatis, cum primum in Annalibus commemoratur, monumenta, ut alienam aut adscititiam gloriam, si modo alienam diceras est, mutuari nihil sit necesse. Vidimus, quicquid laudis ab agnatione cum Witekindeis redundare possit in gentem BVZICIAM

B

DQ

DOMVM QVE SAXONICAM, id eo speclare, ut nobilissimo gene-  
re & e primoribus Saxoniæ nata esse cognoscatur, majoresque ad  
reip. administrationem vocatos et bellica virtute eminentes ha-  
buisse. Eisdem vero prærogativas BVZICIIS ab iis etiam, qui  
in dubium vocant originem eorum Witkindeam, negari non  
posse, satis constabit, si docuerimus, eos et inter ordines reip.  
patriæ primum, ipsa nascendi sorte, jureque familie, sibi vindicasse,  
& in illo ordine, præter ceteros æquales, auctoritate & existima-  
tione floruisse, omniumque oculos & studia in se convertisse; por-  
ro muneribus perfunctos esse gravissimis, quanquam honoribus  
quibusunque THEODERICVS splendidissimum natalium decus,  
illamque eximiam libertatem, in qua una satis sibi divitiarum, sa-  
tis honorum dedisse naturam, majorumque virtutem, existimabat,  
longe prætulerit; denique eam Nobilitatis primariae antiquitatem  
dignitatemque præ se ferre DOMVM SAXONICAM, quibus alias  
per Europam universas, si de palma contendere ausint, non  
exæquet modo, sed etiam vincat.

## V

Tribus Ordinibus, *Nobilium*, *Ingenuorum* et *Manumissorum*, seu *Adelingorum*, *Frylingorum* et *Lazzorum*, divisam fuisse  
populum Saxonum, tradunt Nitardus et Hiuchbaldus, auctores  
fide dignissimi, confirmat Witichindus, omnino evincunt leges  
vetustæ; neque audiendi sunt, qui quartum servorum ordinem,  
præter scriptorum mentem, obtrudere nobis cōnuntur, quorum  
ratiocinia alibi a nobis excutientur. Satis erit, pro instituto,  
monere, primarium in civitate Ordinem obtinuisse ADELINGOS  
seu NOBILES, quibus ad summos honores patebat aditus; ne-  
que ullam inter Germanos dignitatem fuisse tantam, nullum mu-  
nus tam splendidum, quod in hunc ordinem non caderet, adeo  
ut ipsi regum filii, regisque heredes, quorundam Germaniae Po-  
pulorum moribus, nomen profiterentur in hoc ordine, et *Adelin-  
gi* vocarentur. In hoc ordine fuisse BVZICIOS nostros, nemo  
adhuc inventus est, qui dubitaret, præter novitium quandam  
Antiquitatum Saxoniarum compilatorem, qui a loco, quem in-  
ter Adelingos, omnium veræ antiquitatis Germanicæ narorum  
judicio, adhuc obtinuerant, eos deturbare, atque in classem in-  
feriorem

feriorem Frylingorum deprimere, futili argumentatione, ab elo-  
gio Viri egregiae libertatis, quod Theodorico tribuitur, petita,  
conitus est; quam hic refellere supervacuum esse existimamus,  
cum ex iis, qua deinceps dicentur, quam inanis sit, omnium ma-  
nibus palpari queat. Mirum interim videri debuit, hominem  
aut oblivisci adeo sui potuisse, aut ab argumenti, quod ex institu-  
to pertractandum suscepit, cognitione eo usque imparatum, ausu  
temerario, tam iniqua in Majores DOMVS SERENISSIMAE ef-  
fundere; nisi alias quoque idem satis et novitatis, quantumvis ab  
omni veri specie alienæ studium perversum, et animum in eandem  
DOMVM, ab obtrectandi libidine non vacuum, prodidisset. Ne-  
que enim alio spectare potest, quod idem, quanquam nullis, aut  
levissimis sane, rationibus suffultus, omnino tamen gentem BVZI-  
CIAM a Theoderico illo derivare laborat, qui Ottone I. remp.  
moderate, perduellonis crimen infami suppicio expiare, vitam  
que laqueo finire coactus est. Et quasi exulcerato in eam gen-  
tem animo satis nondum fecisset, hominis eam scelerati et fœdis-  
simo genere ignominiae notati sangvine profamat esse asserens,  
hunc gentis, quem fingit, auctorem, in illa quoque Christianæ ve-  
ritatis luce, quæ dudum per omnem Saxoniam propagata erat,  
gentilium superstitioni addictum fuisse comminiscitur; et, quod  
gravius videri debet, eidem Germanicæ originis decus, magni  
semper habitum majoribus nostris, et privilegiis ornatum eximiis,  
negare non erubescit, originemque BVZICIORVM, si posset, re-  
laturum se profitetur ad Slavos, quos ipse stupidos vocat, ætas au-  
tem illa tanto prosequebatur contemtu, ut vulgo canum vilissimo-  
rum convicio exciperet. Quibus autem id consecurum se con-  
fidit argumentis? Egregiis sane! Observatum sibi, ait, hoc suppli-  
cii genere olim neque Christianorum, neque Germanorum quen-  
quam esse punitum. Quod, singulare profecto est, ab eo jactari,  
qui non tantum publicatis libellis docere Antiquitates Germanicas  
auder, sed et Critici personam sumit et nomen, Virosque doctissi-  
mos, etiam cum supercilie, reprehendit. Quasi vero, nunc æta-  
tatis, fugere vel tyrones queat, latrones in primis, etiam impe-  
rante Henrico sancto, laqueo suffocatos esse, et, narrante Lamber-  
to Tuitiensi, Ottonis III. tempore, Clericum quendam, quod eo-

dem crimine manus polluisset, Coloniae strangulatum; quin et fures, Eccardo Marchione jubente, in crucem actos, et jure provinciali Alemanico furibus eandem pœnam frequentissime decernitum vero eodem suppicio animadversum esse in Majestatis reos, qui Pippino aduersus patrem Carolum M. adhaerant, & in turbatores reip. in tumultu Moguntino anni DCCCXLII, idque procul dubio ex Decreto Capitularium, & in proditorem patriæ Brunonem, tempore Henrici sancti; eandemque pœnam Ludovicum puerum iis statuisse, qui in bello adversus infideles patriæ defutari essent. Neque minus infictum est, quod idem, Antiquarius dicam, an Veteramentarius ignobilis? Dedonis, in Otronis III postea familiaritatem adsciti, paupertatem urget & in contemptum trahit, hominemque famelicum, ut latrantis stomachi jejunia depelleret, in servitutem dare se Riedagi Marchionis coactum esse dicit. Quem decuit, cum adhuc tergis puerorum insidiaretur, e C. Cornelii de Germania libello discere, qua fuerint nobilissimorum etiam juvenum erga Principes obsequia, qui Principum comitatus. Sed moribus indulgere suis illius cavea scriptores amant, & sequi rivulos, quam e fontibus haurire, malunt, laciniasque per alios passim veteribus detractas, pro libidine collutulandi purpuram, sumosasque Principum imagines, in sensu alienum derorquere. Quæ quidem petulantia jam non calamo, sed auctoritate publica, esset coercenda, ut lascivientis plebani exemplum revocaret in memoriam omnibus Virgilianum illud:

*Discite iustitiam moniti, & non temnere DIVOS:*

nisi ipsa malignitas animi, & insuscepto negotio infantia, loco pœnae esset gravioris & ad posteros duraturæ. Quo efficitur, ut cedatores facile patientur suo sensu abundare sciolos & in alienam ab officio suo provinciam temere involantes, annalesque Volianos ad imperitum vulgus amendent. Sed è diverticulo, quo pertraxit nos rei indignitas, in viam redeamus.

## VI

Quanquam autem eodem Ordine continerentur omnes nobili prosapia oriundi; habitus tamen est nonnullis familiis, præ certis, singularis quidam honor & existimatio, cum propter generis antiquitatem & splendorem, multaque & præclara majorum

in

in patriam merita, tum propter potentiam, amplaque possessiones. Jam Taciti ætate apud Germanos, de minoribus rebus Principes consultabant, de majoribus omnes; ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud Principes, praetrahaerentur. Eos autem Principes, quos alios fuisse putabimus, quam Satrapas illos, e quibus, tempore belli, Ducem electum, quosque, cum, bello peracto, imperium Dux abdicaret, rursus omnes aequalis habitus esse, Beda, verbis supra allegatis, testatur. Summa rerum deinde regibus permisæ, magnam quoque partem auctoritatis Principum pristinae in reges translatam, ab hisque per Duces Comitesque administratam fuisse, necesse est. Reliqua tamen erat familiis illustrioribus ea veneratio, illud studium popularium, quod debebatur antiquitati generis & virtuti a majoribus in posteros derivatae, maximisque in rem. meritis. Vnde earum Seniores, ubi de rebus arduis consultandum erat, convocasse populares, consilio prævisse, commodisque universorum sapienter prospexit, tum vicissim a suis observatos esse, ut in corum sententiam facile concederent omnes, credibile est. Quin etiam conventibus totius regni, magno suorum globo stipati, interfuisse, principe loco inter suos confidisse, omnium nomine verba fecisse, magnaque auctoritate usi esse videntur. Porro, tam Proceres aulae, quam officiales regni, Duces, puta, Marchiones & Comites, ex his familis pene solis quasitos esse constat, non tantum apud eos, ubi electio ad populum spectabat, ut in Bajoaria & Thuringia, sed etiam ubi Duces ex arbitrio regis designabantur, cuius intererat, ut darentur provinciis rectores, dilecti a suis, qui orationis animos facile ad obsequium traherent. Inter Saxones que fuerit Primorum, seu Principum, auctoritas, antequam eagens cum Francis in unum coalesceret populum, vel exinde colligitur, quod Angarii, cum anno DCCLXXV pacem a Carolo M. peterent, teste Adelmo Benedictino, ei cum *Primoribus* suis occurrerint, & interjecto septennio, cum iterum pacare Saxoniam conaretur Carolus, convenutum habuisse dicatur, in Annalibus Pithceanis, cum omnibus *Primitibus* Saxonum, excepto Witichindo. Neque prius voti cōpos factus est, donec *Primores* Saxonum donis illexisset, ut auctor est Poeta Saxo ad an. 803. Duces et-

iam Saxonum ex iisdem Principibus deligebantur, e quibus Hesso, ab Adelmo in Annalibus vocatur *unus e Primoribus Saxonum*, Witichindus *unus e Primoribus Westphalarum*. Ab his diversi non esse videntur, quos indigitat auctor Fragmenti Annalium Chronicorum Nibelungi subjecti ad annum 782, cum testatur, Carolum constituisse Saxoniae retores ex nobilissimis, *Saxones genere, Comites*. Eodemque sensu Luidulfus, primus Saxoniae Dux, apud Agium, in vita Hathumodae, dicitur ex *illusterrimo Saxonum genere* oriundus. Sigfridus, Orientalis Saxoniae Marchio, apud Witichindum, audit *Saxonum Optimus*, et a rege secundus; et quidem secundus a rege, ob munieris amplissimi dignitatem, summamque inter eulæ Proceres auctoritatem, *Optimus Saxonum* autem, quod e Primoribus seu Optimatibus Saxoniae esset oriundus. Quemadmodum eodem vocabuli sensu, *Optimos Bavariorum Ratisbonæ convenisse*, Ditmarus libro VI dicit, et Ducem Bajoriorum Ernustum, *Summatem inter omnes Optimates Ludovici Germania regis vocant Annales Fulenses* ad annum 861. Cum itaque *magnum regni Primum post exceſsum Ottonis II. Imp. Quedlinburgi collectum*, et in dedicatione Ecclesia Babenbergensis *ominem Primum congregatum* dicit Ditmarus, non tam ad eos respexisse videtur, qui Ducum et Comitum munieribus fungebantur, quam ad familias nobilissimas gentis. Idem etiam, cum tradit, anno DCCCCXCI ab Ottone III *caritative suscepitos esse omnes Saxoniae Primates*, de omnibus dicere intelligitur, qui generis claritate inter Adelingos eminebant, etiam si munieribus publicis non essent praefecti. Colligitur autem ex præmissis, quod volebamus, nempe non omnes Adelingos fuisse *Primates*, neque omnes *Primates* ad munera publica vocatos esse, magna tamen auctoritate inter suos valuisse. Reete igitur monachus Leibnitius Introducit. in Tomum I. Script. Brunsvic. n. 55. Principes habitos esse, etiam qui Duces Comitesque non appellarentur, eos tamen dominum suam aliquando, regio more, per ministeria Comitum, vel his æqualium, rexisse, ut constet e Monacho Weingartenensi, de Guelfis scriptore. Reete Joach. Vadianus de Collegiis et Monasteriis libro I, in Comitiis Francorum primas tenuisse Episcopos et Abbates; reliquum locum sibi vindicasse *Optumates*; tum *Officiales*, e quorum numero erant Majores Domus et Duces; hinc Domesticos

cos regis et Comites, Graftones et Cancellarios; amplius autem et honorificum locum in conventibus publicis Optimates tenuisse. Vadiani sententiam confirmat historia comitorum generalium Germaniae, ubi passim a scriptoribus Optimates illi vocantur *Primi, Primores, Primate, Principes, Majores, Magnates, Proceres;* et a Ducibus Comitibusque non obscure distinguuntur. De Saxonum vero nostrorum Comitiis generalibus non minus vere Guernerus Rolefincius libro II de situ et moribus Westphalorum capite I: Solebant il*i* omnes in unum Satrapae convenire. Ex pagis quoque singularis duodecim electi Nobiles, totidemque Liberi, et totidem Lazzi. Originem illius auctoritatis apud Francos derivant Viri docti a terris Salicis, que ab omnibus oneribus immunes erant; sed apud Saxones ejus origo haud paullo nobilior erat, quod illi regis imperio subiecti essent, hi suis ipsis supra potestate imperarent. Nam Saxones, a Francis Scheidingam obscientibus in auxilium votati, partem illam Thuringiae veteris, que ad Septentrionem spectabat, quamque mercedis loco sibi paeti erant, devicto Hermenfrido Thuringoru*m* rege, occupabant, et mortuo consensu, per sortem, inter Principes dividebant; in quorum fidem concessere auxiliares et manumissi, parte agrorum in beneficium accepta. Principes autem, nulli mortalium obnoxii, locii Francorum et amici, Witichindo teste, deinceps futuri, summa libertate, ex more veterum Germanorum, suis praeerant, iisque jus dicebant. Quot numero fuerint Principes, qui, globo nobilium juvenum, auxiliariorum seu ingenuorum, et manumissorum, stipati, patria relicta, in hanc regionem concesserint, nemo veterum prodidit: quanquam duodenos fuisse, nonnulli ex eo colligant, quod Botho in Chronico picturato dicat, Berhonem, quem alii Brunonem vocant, Angiorum Duce, Witekindo coniunctum, fuisse unum e XII Aelingis Saxonum. Quis autem persuaderi sibi patiatur, in universa gente Saxonum, nisi XII Nobiles, non fuisse. Ferendum erat fortasse, si dicerent, Angarios, Witekindi tempore, habuisse XII Proceres, seu capita familiarium illustrium: quanquam ne id quidem affirmare audeamus, illeque numerus duodenarius etiam inde, per errorem, nasci potuerit, quod ex singulis pagis, si Rolefincio fides, Nobiles duodi ad conventus publicos venerint. Illos autem

Princi-



Principes, qui Hermenfridi tempore Thuringiam infederunt, non multum a vero aberrare videbimus, si centenos circiter fuisse dicamus. Saxones novem millia militum adduxisse, refert Witichindus, Duces vero novem, castra Francorum intrasse, singulos cum centenis milibibus, id est, cum suis, quos singuli e pago suo collegerant. Eum enim morem Germanis fuisse, ut centeni ex singulis pagis in hostem irent, Tacitus auctor est. Cum autem ceteri Principes, quorum quisque, pro more gentis, suos in aciem ducet, cum consanguineos, comitesque, tum vasallos, ingenuos putas et manumissos, manipulos non videantur habuisse illis majores, consequens est, illum novem millium exercitum collectum fuisse e turmis aut manipulis Principum plus minus nonaginta. Familiarum autem nobiliorum idem erat numerus, qui manipulorum. Nam, non casus, ait Tacitus, nec fortuita conglobatio, turmam aut cuneum faciebat, sed familiae et propinquitates. Quanquam autem ad Scheidingam sex millia Saxonum sint deleta, fieri tamen potuit, ut de plerorumque Principum familiis nonnulli servati sint, quibus data sit portio terrae, quae obtigerat familia illorum. Vnde Poeta Saxo ad annum DCCLXXII testatur, habuisse hanc gentem.

*Quot Pagos, tot pene Duces.*

Duces interpretor Principes, e quibus eligebantur Duces, seu potius Dukes, sensu temporum Carolingorum, id est, provinciarum, seu Pagorum rectores. Nam Pagi Septentrionalis Thuringiae, qui ab hac divisione inter Saxones et originem et nomina traxisse videntur, nunc etiam, e veterum monumentis collecti, quanquam non nullorum memoriam intercidisse, non dubitemus, propemodum nonaginta numerantur. Familias autem illustres, cum aliæ atque aliæ, successu temporis, fato fuerint extinctæ, ætate Carolingica, de qua loquitur Poeta Saxo, numero paullo inferiores Pagis fuisse, mirum nemini videri debet. Hi itaque sunt illi Principes, a nullo superiore creati aut investiti, sed, quod in libera gente magis eximum haberi debuit, sola virtute sua, majorumque meritis, Primatum totius gentis, omnium consenu, adepti, quorum posteri dedere Saxonie illum magnum Primatum, illos Primores, illos Magnates, illos Optimates, illos Potentes regionis, illud Ducum, Marchionum et Comitum quasi seminarium, quorumque memoriam frequenter.

tem

tem equidem, adhuc tamen non satis explicatam, apud scriptores videmus superesse. Quod fastigium, quasi ex se natum, neque alieno beneficio acceptum, tanti faciebat veteres, ut etiam Ducali dignitati anteferrent, eoque spectare videtur sententia Desiderii Langobardorum regis, qui, teste Sigonio, de regno Italæ libro IIII, Ducis axiomâ aspernabatur, Princeps haberi dicique cupiebat.

## VII

Ad unum ex his Principibus BVZICIORVM et DOMVS SAXONICÆ originem esse referendam, omnia persuadent non tantum, sed propemodum evincunt. Quid enim aliud commonstrat nobis custodia limitis aduersus Bohemos, RICDAGO commendata: cui muneri amplissimo, & Ducis etiam potestati æmulo, videbiturne admotus fuisse unus aliquis e multis, aut e turba nobilium fortis tenuioris? Comitatus illi, quos tum in finibus ditionis Mansfeldicæ, in pago Scuntira, tum in Dalaminza, quæ Misnia nunc dicitur, locis maxime inter se dissitis, & alibi fortasse, habuit, nonne eandem Viri auctoritatem, eandem originem nobilissimam loquuntur? Ut supervacaneum sit, meminisse bonorum avitorum, quæ, etiam parte ditionum Gerbstadiensi cœnobio donata, sat ample tamen fuerunt, ut, beneficiis paternis in alios translati, vitam cum dignitate ageret filius Riedagi, et heres prædiorum, Carolus, fortunæque novercantis injurias æquanimo toleraret. Ricdagus autem Marchio si e Primoribus Saxonice oriundus fuit, nulla sane ratione fieri potuit, ut ab eadem stirpe illustri non descenderent ejus agnati. RICDAGVM vero agnatum DEDONIS diserte vocat Dismarus, qui illi ab infancia servierit, id est, in aula ejus educatus, adolescentulus etiam inter comites receptus sit, ob propinquitatem et generis nobilitatem. Eum enim morem Proceribus Germaniae fuisse, Tacitus, German. capite XIII, testatur. *In signis, inquit, nobilitas; aut magna patrum merita, principis etiam dignationem (favorem puta et prolixam voluntatem) adolescentulis assignant: ceteris robustioribus, ac jam pridem probatis, aggregantur, nec rubor (quamquam adhuc sint adolescentuli) inter comites aspici.* Quid quod etiam ipius DEDONIS fortuna satis evidenter ostendit, non familiam unam e multis ipsi originem præbuisse. Cum enim alienum ab Ottone III Cæsare animum profiteretur, seque Bohemis adjungeret, nihil tamen gravius in eum statuendum ratus Imperator, operam dedidit,

C

dit,

dit, ut eum sibi conciliaret, resipiscerentque etiam inter familiares admisit: quod facturus non erat, nisi nobilissimæ ejus prosopæ potentiaque propinquorum rationem habendam esse putasset. Porro Comitatum accepit DEDO in pago Hosgoviensi. At supra vidimus, ex nobilissimis Saxonum Comites datos esse Saxoniæ jam a Carolo M<sup>AG</sup>NAVS cuius successores etiam bellis intestinis fraternalisque prohibiti sunt, ne detractum quidquam vellent auctoritati Primorum Saxonie, illi fulcro potestatis regiae pernecessario. Quod mox etiam corroboratum magis est, datis populo Saxonum, ex ipso Primate ejus, Ducibus; qui virtute sua, & potentia, consecuti sunt deinceps, ut ex Saxoniæ Primitibus reges & Imperatores delegerit sibi latissimis auspiciis Germania, eoque successu, ut fortunatam magis florentemque remp. habuerit nunquam. Saxonum dignitate in tantum aucta, ut alios præ se contemnerent, quæ res imperante Ottone I, magnarum cædium & depopulationum causa fuit, in nuptiis etiam contrahendis dignitatis suæ rationem habuisse Optimates, neque temere inferioribus copulatos esse, dubitari non posset. Quapropter, cum DEDONEM filiam THEODERICI DUCIS in matrimonium duxisse legimus, simul intelligitur, eum nequaquam DEDONEM generum sibi adoptaturum fuisse, nisi cognitum habuisset, eum e nobilissimo Primorum Germanicorum sanguine esse prognatum. Præterieramus pæne FRIDERICVM, DEDONIS fratrem, qui tamen nobilioris originis Domus suæ non levioris ponderis argumenta suppeditat; Ilburgensem civitatem, aliaque prædia satis ampla, qua utraque liber dominus ipse & dynasts, tenuit & ad heredes transmisit; Comitatum, & super pagum Suisili potestatem, defensionem denique urbis Misnenfis; quæ omnia spectatissimo inter Primores Saxonum Viro probe conveniebant.

## VIII

Obstare tamen visa est illustri BVRZICORVM origini, THEODERICI, quem patrem DEDO habuit, conditio, quæ VIRI EGREGIAE LIBERTATIS elogio designatur in Appendice Chronicæ Lauterbergensis. Eo siquidem intelligi nonnemo caussatur, non Virum nobili prosopia ortum, sed aliquem ex ordine Ingenuorum, qui patria lingua FRYLINGI, id est liberenati, vocabantur. At enimvero, urgeri hoc argumentum contra Nobilitatem Theoderici, & quod eximiæ laudis nomine a Lauterbergensi commemoratur, in contentum ejus verti, nisi ab eo, qui valde iniquus

iniquus sit in bvczios nostros, corumque laudi mirifice invideat, ad enarrandas autem res Saxonum a vera patriæ antiquitatis cognitione flagitiose imparatus accesserit, non potuit. Liberorum hominum frequens mentio est, cum in legibus Germanorum vetustis, tum in chartis pagensisbus, in primis præstariis, et quæ concambii aut manumissionis causa dabantur. Sed cum omnis hominum status apud veteres ex libertate æstimatus sit, plures ejus fuisse gradus manifestum est; unde alii homines minores, alii mediocres seu medii, alii majores, appellati sunt, non nulli etiam ipsi mediocrem libertatem de se profitentur. Quod indicio esse debuit, non otiose de libertate Theoderici, sed signanter, adjetum legi, eam EGREGIAM fuisse, ut nempe eo vocabulo modus libertatis definiretur. Quid autem in libertate Ingenuorum, quæ vulgaris erat, habebatur, quod egregium, aut eximium dici potuisset; cum etiam Nobilium libertas, quantumvis ampla, quod plurimis esset communis, nota singulari apud rerum nostrarum scriptores non distinguitur. Sed quæ fuerit illius EGREGIAE LIBERTATIS ratio, planissime explicat sœculi XII Scriptor Sigebertus Gemblacensis, qui, cum Henrico Sancto successorem datum esse Conradum narrat, *Virum, vocat, egregii generis et EGREGIAE LIBERTATIS, quippe qui nunquam se submisus alicujus servituti.* Eam vero servitudinem intelligi debere, quæ cadebat in *Virum nobili generi natum, res ipsa loquitur.* In primis eo spectabant servitia militaria; tum vero, ut videtur, etiam officialia. Cum enim omnem ætatem in armis agerent Nobiles, et nomen sibi opesque virtute sua, bellicisque artibus, quererent, factum est, ut plurimi operam suam locarent vicinis, cum clero, tum laicis, et, agro in beneficium accepto, quasi stipendio conducti, ipsis contra aggressores et hostes quoscunque affuturos se sponderent. Non repeto hic, quæ fuse de hominibus liberis et de Ministerialibus Pfeffingerus ad Vitriarii Tit. XVII et XX libri I, aliisque, non illis Ministris aulicis, sed Vasallis, commentantur, in primis autem de Saxonibus Hornius, Bibliotheca portatilis Saxon. Parte I, e solis diplomatibus Saxonis suppeditat, qui inter alia etiam nobilitatem generis Ministerialibus vindicat, atque inter liberos homines, præter Principes et Comites, etiam inferioris caveæ nobiles, qui bona sua proprio et hereditario jure, non beneficiario, possidebant, recenseri ostendit. Illa enim hoc non spectant, sed ad sequio-

rum temporum mores respiciunt, cum saeculo undecimo vix sint antiquiora. Successu temporis autem, bellis intestinis intercedentibus, in tantum facies reipublicae nostrae mutata est, ut tota pene Germania facta sit clientelaris, et munera etiam publica, Ducatus et Comitatus, cum terris hominibusque, ad illorum munerum administrationem spectantibus, in possessiones sempiternas et hereditarias, beneficiario jure, sint concessa, illaque *libertas egregia* sensim evanescit. Prisca autem tempora, quanto fuerunt ab his postremis remotiora, tanto majori in pretio habuerunt amplissimam illam libertatem; et postquam regum imperio obsequi didicit Saxonia, non tantum ad servitium militaria, praeter ea qua exercebat communis patriæ salus, nullis beneficiis adstringi se passi sunt Viri libertatis egregiae; sed etiam Dukes, Marchiones et Comites, pro servis summorum imperantium habuerunt, quorum conditio minime deceat *egregiam libertatem*. Evidem, eos jure beneficiario regi obstrictos non fuisse, quod attinet ad munus publicum, et redditus ei de causa e fundis fisci regii assignatos, testatur saeculi X, aut XI ineuntis, scriptor de Beneficiis §. 130. *Quicquid homo, inquit, non suscipit per hominum, non judicatur esse beneficium; sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus, non per hominum, sed secundum jus curiae.* Hec concessio caret beneficii jure; sed est concessio officialis. Eorum tamen servitus etiam durior esse videbarur servitiis militaribus, de quibus supra dictum est, quod ad haec facienda, inter aequales plerumque, aut saltuum mutuo consensu paciscentium, nata esset obligatio; illorum contra ministeria semper imperaret superior, idemque officii rationes exigeret, et in negligentes penitus animadverteret, eosque vel ad tempus ab administratione abstinerere juberet, vel etiam in perpetuum, et cum ignominia, munere exueret. Ab utroque igitur nexu, tam beneficii, quam officiali, abstinentiam sibi esse putabant, quibus pulchrum videbatur, se nunquam ullius servituti subjectum fuisse. Ad hoc decus eximum adspirasse videtur Rutgerus ille, qui in Traditione Fuldense, anno 1035 in litteras relata, et a Schannato cum aliis in lucem protracta, vocatur *Nobili ex genere progenitus, liberi juris et arbitrii Vir.* Porro illustre est exemplum Welfi, seu Welfonis, quem alii Ethiconem vocant, Annalista Saxo utrumque nomen habuisse putat, patris Iudithae, uxoris Ludovici Pii. Hunc enim *nobilissimum Comitem*

mitem Auctoꝝ Vitæ Ludovici Pii, *Ducem Theganus*, magis honoris ergo, quam muneris, ut arbitratur Leibnitius, Introduct. in Tomum I Script. Brunsv. num. 55; sed Chronicon vetus Ducum Brunsvic. *Principem magnum*, Annalista Saxon ad an. 819 de Principibus Bavariorum EGREGIAE LIBERTATIS VIRVM, et ad an. 1126 EGREGIAE LIBERTATIS PRINCIPEM dicit, qui nunquam alicujus, nec ipsius Imperatoris, pro aliquo beneficio, se subdiderit dominio. Quam in sententiam etiam auctoꝝ Chronicuꝝ veteris Ducum Brunsvicensium affirmat, eundem Ethiconem, pro generis sui excellentia, nulli hominum pro pheodo humiliare se voluisse, cumque filius ejus Henricus vasallagii jure se Imperatori obstrinxisset, possessionibus amplissimis in beneficium acceptis, Ethiconem de facto filii indignatum, in solitudine vitam egisse privatam, quod nulli subditus esse dignaretur. Eadem tradit Monachus Weingartensis in Historia de Guelfis, his verbis: "Henricus hominum Imperatori et subjectionem fecit, et in beneficio quatuor milia manuum in superioribus partibus Bavariae ab eo suscepit. Quod cum pater ejus perceperisset, iratus, nobilitatem suam et libertatem nimis esse declinatam, ultra, quam credi possit, consternatus animo, dolorem suum omnibus suis caris exposuit, et assumptis XII ex illis, infra montana, ad villam, quæ dicitur Ambirgo (regalibus ædificiis et possessionibus ditissimis relictis) secessit, et ibi, non amodo visus filium suum, consenuit, et cepit ibidem, collectis monachis, cellam construere.., Hæc igitur fuit etiam libertas illa egregia nostri FRIDERICI BVZICHI, quæ illa etate omnibus honoribus et summis iubusque in republica muneribus potior habebatur, et ab omni originis obsecurioris nota tantum aberat, ut potius illustrissimorum natalium luculentissimum præbeat indicium, quod ea, præter Primateſ ſeu Princeſ Germania, nemo Germanorum capax eſſet. Quam obrem non admodum a vero abhorret, quod in Leibnitzianis p. 421 affluit, auctoꝝ Appendix Chronicuꝝ Lauterbergensi ſubjunctæ Theodericum nostrum dicere *Virum primaria Nobilitatis*. Quanquam enim neque his vocabulis utatur monachus Lauterbergensis, neque illa ejus verba vim atque naturam libertatis egregiae ſatis exprimant; verum tamen eſt, quod in animo habuiffe Leibnitius videtur, uno illo egregia libertatis indicio ſatis conformato Lauterbergensem, Theodericum nostrum fuisse *Virum primaria Nobilitatis*.

## VIII

Supereft, post exposita tot pristinæ magnitudinis Majorum DOMVS SAXONICAE, etiam ex ultimis canæ antiquitatis vestigiis reperita, argumenta, ut unicum adhuc subjungatur, idque vel eo nomine minime prætereundum, quia ceteris omnibus, quæ adhuc attigimus, illustrius esse videtur et magnificentius. Futurum enim speramus, ut ultra largiantur genuinæ antiquitatis nari, quæ olim de Clælio Tullius, eadem leviter immutata de nostris Principibus verissime dici: *Quæcunque in Nobilitate Germanica dignitas esse potest, que certe potest esse maxima, eam semper in domo SAXONICA habitam esse summam, semperque haberi.* TRIBVS vocabulo ad designandam familiam BYZICIAM utitur Dithmarus Merseburgensis, apud illorum temporum scriptores rarius obvio, cuiusque de sensu adeo hæsitarunt viri docti, ut etiam aliquem terrarum tractum eo significari nonnulli existimaverint. Nobis minime ambiguum esse videtur, TRIBVM BYZICI esse familiali viri cuiusdam, qui BYZICI nomine usus sit, quemadmodum *Tribus Witekindi est familia Witekindi, Tribus Imadi familia Imedingica, Tribus Dei familia Dedonis.* Sed quæstum est, quibus causis permoti veteres, nonnullas familias illustiores, casque paucissimas TRIBVM nomine insigniverint, cum vel ipsa Tribuum illarum paucitas singularem quandam earum prærogativam innuere videatur. Ad summam carum Antiquitatem referendum id esse quidam putarunt; quos inter habendus, nisi fallimur, Illustris quondam Leibnitius, qui in *Introductione in Tomum I Scriptorum Brunsvic.* num. 36 de Tribu Imadi scribit: *Imedingerum Tribum non ab Imado aliquo post Witekindum, ut nonnulli scribunt, sed potius ab antiquo aliquo nomen habere puto; ut erant Tribus Amalorum et Baltorum apud Gotbos, Agilosingerum apud Bajoartos.* Cum scilicet Saxones in bas terras ex Transalbinis versarentur, unum ex primariis Ducibus Imadum habuisse credibile est, cuius ex stirpe Witekindus Dux, atque gentis Primores venere. Aliam conjecturam in superioribus dedimus, eur Tribus nomine, et Imedingiem familiam, et Buziciam, honestare potuerint veteres, si maxime parentem ultraque habuisset Witekindum; neque nunc etiam, ut ejusdem penitere nos debet, in contraria Leibnitii sententia satis momenti esse videtur. TRIBVS dictas esse eas familias, quæ ceteris omnibus et nobiliores essent, et antiquiores, libenter concedimus; sed eur Tribus Imadi non ab Imado aliquo post Witekindum, sed ab alio longe antiquiori, nomen accepisse credenda sit, sane non liquet.

quer. Tribubus nomen non semper datum esse ab iis, qui primi nobilitatem familie intulerant, sed etiam aliquando ab aliis ejusdem familie viris illustribus, ipsius Witekindi exemplum docer, satisque manifestum est, scriptoribus *Tribum Witekindi* non denorare Tribum, quæ originem debeat Witekindo, sed e qua natus sit Witekindus, quæque diu ante Witekindum Tribus nomen habuerit, eodemque sensu eandem Tribum dici putamus Tribum Imadi, id est, e qua natus sit Imadus, ut nihil hinc possit colligi de Imadi ætate. Similiter, si cui non arrideat opinatio nostra, de causa, quæ Imadi et Buzici nomina eidem Tribui assignaverit, per nos quidem alium is querat inter Majores Witekindi *Buzicvm*, cui id honoris detulerint veteres. Postremo, etiam qui a Tribu Witekindi omnino diversam fuisse familiam Buziciam contendent, negare tamen non poterunt, eam *TRIBVS*, id est antiquissimæ et illustrissimæ gentis nomen habuisse, jam ante Theodericum, patrem Dedonis. Harum igitur Tribuum primarias fuisse partes putamus in destructione regni Thuringici; præter eas vero, quæ illis temporibus illustres habebantur, deinde nullam inter Saxones familiam *TRIBVS* nomine condecoratam esse, et paucitas earum, et veteris reip. Saxonice rationes, persuadent. Cum enim, Hermenfrido devicto, inter Primores Saxonum dividetur Thuringia Septentrionalis, atque singuli portioni sue pagi nomen darent, omnis illa multitudo iterum, generaliori partitione, divisa est in Occidentales, intermedios & Orientales, seu Westphalos, Angarios & Ostphalos. Singulis sui erant Duces, seu Principes, qui, bello ingruente, convocarent exercitum, atque Ducis bellici, universo exercitu SAXONUM proficiendi, electionem ordinarent. Hinc Witichindus de antiquissimis temporibus reip. Saxonice: *A tribus etiam Principibus totius gentis Ducatus administrabatur, certis terminis (regionis) exercitus congregandi potestate contentis, quos (terminos) suis locis ac vocabulis novimus signatos, in Orientales scilicet populos, Angarios atque Westfalos.* Singula partes illæ Ducatus dicebantur; unde, cum Ludovicus Germanicus mansos quosdam, in pagis Grainga et Trecwiti, Herivordiensis cenobio donaret, in tabulis VII. kal. Maij Indict. XIII anno regni XXVII. datis, apud Schatenium, fuisse dicuntur in Comitatibus Burchardi, Walberti, Albreici & Letti, & in *Ducatu Westfolorum*. Tres autem Principes illos, qui suprema dignitate in tribus Saxonice Ducatis conspicui erant, non suis tantum, sed majorum etiam meritis supremum illum inter suos locum consecutos esse, *providissimæ curæ generis*

*atque*

*GK 96.99*

atque Nobilitatis suæ, quam genti Saxonum fuisse, testatur Eginhardus, omnino consentaneum est. Ex quo colligitur, eos e familiis omnium nobilissimis ortos fuisse, quæ jam illis temporibus ceteras omnes & antiquitate & amplitudine, virorumque fortissimorum numero, antecederent, & Duces popularibus, etiam ante occupationem Thuringiæ, plures fortassis, deditissent. Has itaque gentes singulari nomine, TRIBVVM, a reliquis fuisse distinetas putamus, ex iisque natos tanta existimatione inter omnes eminuisse, ut *Primi inter Primos et Summatos inter omnes Optimates* dicerentur. Salvum igitur erit Augustissimæ DOMVI SAXONICAE, quæ TRIBVS BVZICIAE nomine olim celebrata est, decus illud, ut, nisi ipsa sit Witekindæ, primus tamen majoribus ejus inter Saxones honos fuerit, & par genti Witekindæ gloria, par generis antiquitas, meritoque Statii verbis AVGUSTO III, SARMATARVM REGI potentissimo, atque in supremo Imperii Romano Germanici Senatu PRINCIPI ELECTORI, acclamabitur:

Non TE series inbonora parentum  
Obscurum proavis & præcæ lucis egentem,  
Plebeja de stirpe tulit, non sanguine cretus  
Turmali, trabeque, ac remis & paupere clavo  
AVGVSTAM SEDEM ET LATII PENETRALE SENATVS  
Advena pulasti, sed precedente TVORVM  
AGMINE. Romulei qualis per jugera Circi,  
Cum pulcher visu, titulis generofus avitis,  
Expectatur equus, cuius de Stemmate longo  
Felix demeritos habet admissura parentes,  
Illum omnes acunnt plausus, illum ipse volantem  
Pulvis, et incurva gaudent agnoscere meta.

Cumque idem PRINCEPS AVGUSTISSIMVS prudentiam, magnanimitatem, clementiam, ceterasque Majorum virtutes, regio fastigio dignissimas, pectori complexus esse videatur universas, egregiisque facinoribus, sub ipsum regni auspicium, exemplum suis præfulgeat illustrissimum, sibi dictum ab eodem vate putabit PRINCEPS IVVENTVTIS paternarumque non minus virtutum, quam ditionum, heres FRIDERIVS CHRISTIANVS:

DISCE PVER. Nec enim externo monitore petendus  
Virtutis TIBI pulcher amor. COGNATA minifret  
LAVS animo, atque aliis Decii, reducesque Camilli  
Monſtentur. TV DISCE PATREM.  
SS (o) SS

Pou Vc 77 AK

**ULB Halle**  
002 692 813

3





